

223  
227

PASSIBUS  
*GENEROSI pariter ac DOCTISSIMI*  
DOMINI  
DN. JOHANNIS  
BENJAMIN

**L**ingelcke /

Magnanimò Conatu  
etiam extra Patriæ limites  
Studiorum Stadium decurrentis,  
IPSA ABITUS DIE,  
Stylò pedissequò, vestigia obsequiorum suorum  
PER-MAGNIFICO Itinerantis  
PARENTI

debitorum, exprimente,  
insistere debuit  
ABRAHAM EVERBECK,  
Off. PræCos. Actuarius.

---

GEDANI,  
Typis JOHANNIS ZACHARIÆ STOLLII,  
ATHEN. TYPOGR.



Pes Magna PATRIS, Spes Patrii Soli,  
Virtutis hæres, traduce Spiritu  
Celebris infusæ PARENTIS,  
Tergemini bona Spes Honoris!

Admitte votum, quod natat intimo  
In corde nostro, quod velut aggere  
Ruptô Tuos de pleniori  
Corde, PATRONE, sinûs inundat!

Mirare, quid sit, crena quod effluat  
Hæc nostra votis! En! mare Gratiaë,  
Ex ædibus Tanti PARENTIS  
Quô nimium mea Sors rigatur!

Perfusus illo, non nisi guttulam  
Jam reddo voti, non quod ab Ethnico  
Suas petat vires Poëta,  
Carminibus comitante Ulyssëm;

Sed

Sed quod TRIUNUM contineant DEUM,  
Qui Christianum TE, velut alterum  
Jam jam peregrinantem Ulysssem  
Angelicis tueatur alis.

Descende felix de laribus Patris!  
Passûs Paternos, quæis PATER Optimus  
Quondam recessit de Paterno  
Limine, nunc imitare, NATE!

Istos secutus vestigium leges  
Ter eruditum, pasibus utile  
Quondam Tuis; Hôc occupatô  
Justinianus opes honorum

Præstare spondet. Nunc abitus Tuus  
Crescentis albam sistit imaginem  
Lunæ, solet quæ Luce plenâ  
Post abitum occiduum redire.

Navem capacem monstrat iter Tuum,  
Quæ vecta merces divite Copiâ  
Ab exteris blandè requirens  
Sistit epigraphen hanc: EUNDO

ACQUIRO. Pansis nunc igitur TUUM  
Dimitte velis navigium, quibus  
Adflare dignetur secundò  
Flamine Numinis aura Sancti.

En! blanda dulcis Patria bracchia  
Expandit, alium quèis benè filium  
Dimittat amplexu recepto,  
Alloquiò TIBI fata tali:

O! nate velis pergito turgidis,  
Navemque nobis reddito turgidam!  
Heus! mutuatae LUNA lucis!  
Sol propriò redeas nitore!



113648